1. Caluinismus Mariaeburgum introductus con̄ Decretum Regium et Vadium viginti millium Vngaricorum, et lapidea ad exercitium Caluinismi constituta, et vt praesumitur empta.

2. Schola Caluinistica ibidem aperta.

3. Conuentus Caluinistarum ex tota vicinia Mariaeburgum fiunt, passimque Secta propagatur per Ciuitatem et Insulam.

4. Duo Ministri Caluinistici Mariaeburgi ad maius exercitiū Caluinismi sustentantur, vnus Germanus à Ciuibus, alter Polonus à D. Oeconomo

5. Commissio con̄ Caluinismum missa Mariaeburgum bis est elusa, et quidem semel Poguręski Burgrabius Caluinista lapideam, in qua est exercitium, Peditibus Oppositus con̄ Commissarios muniverat

6. Haereses aliae promouentur, et Templa Lutheranorum noua ab hinc inaudita extruuntur, ut factum est in Altfeldt, in Stall, in Marxdorff etc. etc. cum ante bellum in atriis tantum Domorum praedicarint Lutherani.

7. Capellae Arcis Mariaeburgensis in potestate sunt D. Oeconomi, et quidem ita custoditae, vt in Capella S. Annae, vbi Magri Cruciferorum sepulturam suam habent, post Altare stuprum sit à Molitore adhuc superstite cōmissum.

8. Capella item S. Barbarae ad portam arenariam conuersa in Tabernam

9. Capella S. Adalberti pars vsus profanos ad ~~seruandas res domesticas~~ conuersa est, et di bona venia secessus adaedificatus, ~~ad quem itur per chorum Capellae.~~

10. ~~Templum item B. Virg[inis] ibidem desertum sine ullis candelabris Ornatu, Organis~~

~~11~~. Mansio Praepositi contigua Templo S. Laurentii occupata, et Vilhelmo Stabuli Praefecto, qui Caluinista factus est ad habitandum cum concubina data.

Mansio item

209

11 12. Mansio item Praepositi ad S. Annam occupata.

12 13. Fundi Ecclesiae S. Laurentii occupati, etiam Hortus manu Praepositi dictae Ecclesiae satus.

13 14. Vectigal Maccae vulgo Metz nunquam dari solitum Spiritualibus impositum.

14 15. Ministri per Insulam augentur et Scholarum Rectores, cum ante bellum circa Praedicantem unus tantum fuerit; modo plures in Pagis reperiuntur qui pervertant Idiotas, et haeresim docent, Ecclesiasticique Ministri et aegrotantis vicem supplent. Illorum augetur merces, Catholicorum minuitur; ita ut habilis ad officium Ludimagistri conservari non possit; ob carentiam proventuum, qui ab Acatholicis surripiuntur.

15 16. Praepositi, Sacerdotum, et Choralistarum Mariaeburgensium non habetur ratio in pensionibus reddendis antiquitus iuxta revisiones pendi solitis.

16 17. Alij Parochi ratione Decimarum et Redituum Ecclesiasticorum toties debent accedere D. Oeconomum, ut viarum difficultatibus, et terminorum dilationibus omnino a proposito desinere debeant, unde Catholica Religio undique ruit.

17 18. Causas fori spiritualis, v. g. circa Matrimonia Adulteria, Incestus et ad suum D. Oeconomus forum pertrahit, et defendit. Sicut cum magno Ecclesiae Catholicae contemptu defendit quendam contra Dni Officialis Decretum, qui in 3o Consanguinitatis gradu duxit Uxorem. Defendit autem ex eo, Quod ei ita ducendi Uxorem data fuerit potestas a Gedanensibus.

18 19. Imo per suum Locum tenentem D. Oeconomus demandari curavit, ne illus in caussis Adulteriorum et fornicationum compareret coram Officio

Officiali

spirituali, contra Mandata Regia etiam specialiter Mariaburgum directa.

19 20 Prædicantes a foro Spirituali eximuntur etiam circa Sacramenta delinquentes, copulant enim sine Bannis non habentes cognitionem Personarum copulandarum, vnde bigamiæ, trigamiæ, adulteria, incestus, stupra, fornicationes tot, ut dici vix possit.

20 21. Festorum in vtraque Insula ratio non habetur contra Comissionem Anni MDCXXIIJ Die X. Mensis Octobris imo aliquoties D. Oeconomus Diebus festis in suis Prædiis laborare imperauit, vt ommittatur Faber Arcensis, aliquando integerrimo festo die laborans.

21 22. Officia vbi possunt Caluinistis dantur. Ita Burgrabius Mariaeburgensis factus Rogurski. Notarius Oeconomi et Functionum Cameræ Biller. Notarius Prouentuum Paes.

22 23. Quo autem modo tractentur Res S. R. Mtis Dni nri Clementissimi, apparere potest ex ipsis Syluis Muntouiensibus et Roszouiensibus, si modo inspiciantur, aut saltem D. Kaminski Baummeister Mariaeburgensis examinetur, et iurare cogatur. Nam exempli gratia per solum Paes venditi sunt lignorum Currus 1200. singuli florenis 2. faciunt Summam fl. 2400. Item vendita est Quercus 400. 2. De cæteris rebus idem esto iudicium.

210